Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dies illa tam quã subito comphendat. Omnes enim vos filij lucis estis. et filij diei. Sim Johñ. ℣. Illo tem. D. i. d. l. Adhuc modicũ tempus vobiscum sum. Quĩtas me et sicut dixi vobis. Quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis. ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. ut et vos inuicem diligatis. In hoc cognoscent omnes. quia mei estis discipuli. si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Dicit ei Symon petrus. Dñe quo vadis. Respondit ihus. Quo ego vado. modo non potes modo sequi. sequeris aũt postea. Dñica quinta. Officiũ de ferie. Alla. Surrexit pastor. Collecta. Lectiones sal. fia sabb.

Omnes gentes plaudite manibus. Canite deo in voce exultationis. Quoniam dominus excelsus. terribilis. rex magnus super omnem terram. Psal. Iubilate deo omnis terra. psalmũ dicite nomini eius. Date gloriam laudi eius. Deus a quo bona cuncta procedunt. largire supplicibus tuis. ut cogitemus te inspirante que recta sunt. et te gubernante eadem faciamus. ℣. De

Inde de ferie. Collecta. Jacobi ap. Estote factores verbi et non auditores tantũ fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi et non factor. Hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis sue in speculo. Consideravit enim se et abiit et statim oblitus est qualis fuit. Qui aũt perspexerit in lege perfecte libertatis. et permanserit in ea. Non auditor obliuiosus factus. sed factor operis hic beatus in factu suo erit. Si quis aũt putat se religiosum esse. non refrenans linguam suam. sed seducens cor suum. Huius vana est religio. Religio mũda et immaculata apud deum et patrem hec est. visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum. Et immaculatum se custodire ab hoc seculo. Alla. ℣. Beatus es Simon filius Jone quia caro et sanguis non revelauit tibi. ℣. Illo tem. Johannem. nobis. D. i. d. l. Amen amen dico vobis. Si quis petierit patrem me um in nomine meo dabit vobis. Usq; modo non petistis quicquã in nomine meo. petite et accipietis. ut gaudium vestrum plenum sit.